

2 cem interficiendum curavit. Ipse correptis imperii
 insignibus provinciam ingressus Mithridatem Pergamo
 3 expulit. Ilium, ubi tardius portae patuerant, incendi
 iussit; ubi Minervae templum inviolatum stetit, quod
 4 divina maiestate servatum nemo dubitavit. Ibidem 5
 Fimbria militiae principes securi percussit; mox a
 Sylla Pergami obsessus corrupto exercitu desertus
 semet occidit.

71 Viriathus genere Lusitanus, ob paupertatem primo
 mercennarius, deinde alacritate venator, audacia latro, 10
 ad postremum dux, bellum adversum Romanos sum-
 psit eorumque imperatorem Claudium Unimanum, dein
 2 C. Nigidium oppressit. Pacem a Popilio maluit inte-
 □ ger petere quam victus† et cum alia dedisset et arma
 3 retinerentur, bellum renovavit. Caepio cum vincere 15
 aliter non posset, duos satellites pecunia corrupit, qui
 4 Viriathum vino depositum peremerunt. Quae victoria,
 quia empta erat, a senatu non probata.

72 Marcus Aemilius Scaurus nobilis, pauper: nam
 pater eius quamvis patricius ob paupertatem carbo- 20
 2 narium negotium exercuit. Ipse primo dubitavit, ho-
 nores peteret an argentariam faceret; sed eloquentiae
 3 consultus ex ea gloriam peperit. Primo in Hispania
 corniculum meruit; sub Oreste in Sardinia stipendia
 4 fecit. Aedilis iuri reddendo magis quam muneri edendo 25
 studuit. Praetor adversus Iugurtham, tamen eius pe-